



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Sacerdotale & Clericorum Specvlvm Insigni  
Pietatis Ac Devotionis Supellectili exuberans**

**Kinckius, Matthias**

**Coloniæ, 1662**

De materia Eucharistiæ panis & vini,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46628](#)

vinō consumatur, in tabernaculo reponantur.

Ipsam autem Eucharistiam, vel vasculum cum Eucharistia nullo unquam tempore Sacerdos trahet, nisi super pelliccio ac stolā decenter induitus, & lumenib[us] accensis, vel saltem lampade luce.

**DE MATERIA EVCHARISTIÆ, PANE scilicet & vino.**

Panis Azymus & triticeus esse debet, ac singulari studio præparatus, curandum que est, ut semper recens habeatur; unde quando proximo capite dictum est, ut particulæ vel Hostiæ sint recentes, nomine hostiarum recentium, tam maiorum ad Missæ sacrificium, quam minorum ad populi communionem destinaturum, non veniunt illæ intelligendæ, quæ toto anno in Sacristia asservantur, ut quidam sentiunt, sed alternis saltem mensibus ex monasteriis vicinis seu locis ubi conficiuntur hostiæ recentes, & jam tunc paratæ, oblatæ pretio, sunt comparandæ.

Vinum autem ex vite purum, clarum, & non acidum, album, non rubeum sit, licet

licet & in rubeo, ritè ac legitimè confi-  
ciatur, propter Purificatoria tamen, &  
alia lincea, quæ subinde casu vino as-  
perguntur, & maculis inde concipiunt,  
quæ nulla amplius arte elui possunt, al-  
bo uti consuliū est ) recens quoque de  
dolio promptum esse decet. Vnde peri-  
culosum est, vinum pro sacro à Caupo-  
nibus, hæreticis præsertim accipere,  
qui ut plurimum illa, quæ pridie ex  
Symposio relictæ, & in unum hinc  
inde congesta, obtrudere solent.  
Quare satius erit, è proprio vase vina  
ad sacrificandum promere. Sin verò in-  
opia loci, vel Ecclesiæ; alijsvè de causis  
propria vina non habeantur, & ex hos-  
pitio illa tam pro Sacrificio, quam po-  
puli Communione petere omnino sit  
necessum, curet Parochus, vel cui hoc  
incumbit, ut minister qui vinum adfert  
in cellam vinariam certè descendat, &  
oculos vinum ex vase non aliundè de-  
promi, testes adhibeat.

*QVÆ CIRCA COMMUNIONEM  
observandas.*

Coatingit nonnunquam in numeroſo  
Communicantium concurſu, pluſimos  
eοſque